

Siccome ho fatto nelle pagine addietro, quando narrai la storia di quella scomunica (1), così anche ora trascrivo il testo della seconda bolla, con cui Giulio ribattè l'appellazione suindicata. Essa è così:

« Julius episcopus servus servorum Dei: ad perpetuam rei memoriam. Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut eorum malitiis et audaciae, quorum sceleris, caecitas et damnandae ambitionis improbitas animas occupantes (discordiarum fautore ac schismatum inventore et alumno, humani generis inimico procurante) eos in illam temeritatem impellunt, ut quae sibi a jure interdicta et a sanctis patribus, etiam in congregazione fidelium pro hujs sanctae sedis dignitate et ecclesiae unitate servandis, ad schismatis occasionem tollendam (quo in Dei ecclesia perniciosior morbus inveniri vix potest) Spiritu sancto cooperante, non minus provide et salubriter, quam necessarie decreta et statuta esse neverint, damnata audacia et exquisitis artibus et fraudibus attentare temere conentur et eis contravenire contendant, nunc novorum editione jurium, nunc antiquorum innovatione et declaratione, nunc vero extensione et novarum poenarum adjectione, prout salubriter expedire conspicimus, sollicitis studiis obviare curemus. Sane licet olim fel. rec. Pius papa II, praedecessor noster, de fratrum suorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium cunctorumque praelatorum ac divini et humani juris interpretum, curiam romanam sequentium, in dicta seu congregazione Mantuana existentium approbatione, matura prius et gravi praemissa discussione, et de eorumdem congregatorum unanimi consilio et assensu, ac ex certa scientia, provocationes ad futurum concilium efficacissimis et palpabilibus rationibus, tamquam erroneas et detestabiles damnaverit, ac sub excommunicationis latae sententiae et interdicti poenis praecepit, ne qua persona cuiusvis dignitatis, sive etiam universitas

(1) Pag. 91 di questo vol.